



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. V. Proponuntur breves Summæ constitutionum extravagantium hujus
tituli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

legiati religiosi in abusu suorum privilegiorum, præsertim contra Episcopos, quos in relato cap. prohibet sub pœna interdicti in eorum Ecclesias statuendi; & in jure communi legi possunt.

§. II.

Quinam præterea alij sint excessus sive abusus privilegiatorum?

Plures adhuc excessus tales in hoc tit. enumerantur cap. ad hoc §. cap. patientibus 10. cap. tuarum 11. cap. Autoritate 4. in 6. cap. Episcoporum 8. in 6. h. t. &c. quæ jura legi possunt.

§. III.

De alijs quibusdam specialibus excessibus, & culpis religiosorum prohibitis jure Canonico, & eorum pœnis.

Videatur de his *Clement. religiosi* 1. h. t. ubi religiosi quorundam Sacramentorum administratio sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, à qua non nisi à Pontifice absolvi possint, prohibetur, sine speciali licentia Parochi, aut speciali privilegio &c. & in §. 1. quibus etiam sub præcepto obedientiæ & cõminatione maledictionis æternæ inhibetur, ne detrahant Ecclesiarum Prælati, ne laicos ab Ecclesiarum suarum accessu arceant, ne indulgentias indiscretas promulgeant &c. videatur relata *Clementina*.



§. IV.

De pœna abutentium suis privilegiis, & pœnitione violentum aliena privilegia?

Resp. quòd propter abutentium pœna revocari privilegia, quia necesse privilegatus amittere privilegia, quia permittit sibi abutitur potestate, cap. privilegia 24. h. t. & si aliena privilegia violant, sive directe, sive indirecte hoc fiat, non tantum sua privilegia spoliandi dicuntur cap. delicti 4. h. t. (neque enim sunt illis sua jura servanda qui non metuunt violare aliena, cap. si decet. 22. ca. 25. q. 2.) sed etiam castigandos asserit Pontifex cap. quoniam 26. h. t.

§. V.

Proponuntur brevis summa institutionum extravaganantium hujus tituli.

Videatur extravag. *franco*, ad verbum h. t. & inter communes extravag. 2. 3. & 4. h. t.

SECTIO VI.

De amissione & revocatione privilegiorum.

§. I.

An & quomodo privilegium amittitur per lapsum temporis, & cõsuetudinem casus?

Fuit privilegium lapsu temporis, & quod restrictum fuit, certum est, cap. de causis 4. de Offic. jud. de leg. 1. p. 1.